

**Acclamatio Fausta panegyrica Quam in honorem ... Dn. Johannis Rauen,
Berlinensis Marchici Cum Rite Eloquentiae Professor publicus in Alma Rosarum
publice pronuntiaretur & introduceretur. Cantabant Marchici populares Ult.
Calend. Martii**

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729461343>


Druck Freier  Zugang



R u phil 7637

Acclamatio f. Joh. Rau





Acclamatio Fausta
panegyrica,

Quam in honorem Viri Clarissimi

Dn. JOHANNIS
RAUEN,
Berlinensis Marchici

Cum

*Ritè Eloquentia Professor publicus in Alma Ro-
sarum publice pronunciaretur & intro-
duceretur,*

Cantabant Marchici populares


Ult. Calend. Martij.



ROSTOCHI,

Typis exscriptis NICOLAE KILIUS, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVII.



P RINCIPI laudes cane docte Phoebe,
 P RINCIPIS nullis benefacta seclis
 Excidant, & quæ tribuit sereno

Munera vultu;
 Qui graves inter lituos, & arma
 Martis horreni fera, sanat omne
 Vulnus illatum lepidæ virenti
 Flore iuventæ;

Qui *Schola* damnum reparare tendens,
 Splendidum virtute Virum brabeo
 Ornat insigni, ut maneat *Lyceum*
 (Ecce) celebre.

Ne nota creffa careat nitens lux,
 Ut tuum CHRISTUS studium precamur
 Adjuvet, flumen latiale, RAUE,
 Et tibi crescat.

OPTIMUS PRINCEPS studiis favere
 Censuit semper, licet acre bellum
 Martis incerti soboli resistat
 Palladis alma.

*Principis Summi pia vota Numen
Impleat, vivant Themidi faventes,
Livor è contra male gratus amplò
Exsulet orbe.*

*JOHANNES HAVELANDT,
Paleo Brandenburgensis Marchicus.*

AD M. JOHANNEM RAU,
Eloquentiæ Professorem.

Expectate diu, ò decus eloquy, tibi nunc dat
Palmam excepericem Musa Rhodopoleos.
Sceptra tibi dicunt: Hic RAU bect ore disertò
Professor juvenes, nomen & onen habens.
RAU siquid: nomen tibi: Nam scias aspera que sint,
Qui vult eloquio dura movere suo.
Nomine JOHANNES signatur GRATIA, gratum
Quà sit quod durum est. GRATIA dura terit
Sympatriota, novo officio felicia jungat
Quaq; Deus. Voto sint sua fata meo.

JOACHIMUS LEMMICHIVS,
Leontio-Marchiæcus.

Quam verè quamq; appositè testante vel ipsa,
Sacra scriptura dicam si dixero: *Princeps*

Sive

Sive Magiſtratus verâ pietate cornſcans,
Quod ſit præcipuum donum *Omnipotentiſ Jovæ*
Ipſiuſq; *Dei* ſignum ſpeciale favoris
Talem poſſe *Patrem* dici meritoq; vocari.
Svadet amor, quo ſubjectos curatq; fovetq;
Non ſecus atq; Pater ſobolem qui curat amatq;
Dicite *Varniades*, qui *Balthica* litora veſtras
Incolitis ſedes, mihi, quæſo, dicite? nonne,
Vos Deus omnipotens donavit *Principe* tali?
Qui flagrat ſolidæ verò pietatis amore,
Qui ſapit; eſt etenim *pietas ſapientia arigo*
Quiq; fide verâ innutritus relligionis
Dogma revelatum ſartum ſanctumq; tuetur
Dicite *Varniades*? nonne hæc clementia *ſummi*
Summa Panomphæi eſt? nonne eſt tecmerion illud
Gratiæ? & exhibitæ *Vobis* bonitatis imago?
Sic eſt, & nulla poterit ratione negari.
Corde pio facilisq; *Deo* hinc decernite grates.
Hem! nolite *Dei* benefactum diſſimulare!
Quin potius merito reſonate encomia laudis;
Dicite grata *Deo* memori præconia mente!
Continue preces ſocias, ad ſideta palmas
Tendite, averruncet *Deus* ut quæcunq; pericla
Principis à veſtri cervice & corpore veſtro.
Sanè inſigne bonum *Vobis* divinitus illud
Ceſſet, cui patria eſt pro veſtrâ cura ſalute,
Nomine regis, Pater Dux eſt bonus atq; *Dynasta*
Sollicitus populi Princeps Nutricius audis
Eſt *Arbor frondosa* carnis, denſiſſima ramis
Sub cujus ruti recubatis tegmine cuncti.
Eſt Deus, officii divini ritè miniſtrans


Partēs, infontes defendit, amatq; fovetq;
Moribus informat fontes frenisq; coercet.
Justitiæ leges servat, *tabula est utriusq;*
Custos expendit sapienti cuncta bilance,
Immò nec Aonia *Princeps* alienus ab unda est,
Unde viros Phœbi magno sectatur amore.
Vera recenseri posset longo ordine virtus
Laudariq; *Ducis* tanti per singula: verum
Non opus est verbis, ubi sufficientia testi-
monia sunt rerum præsto, res ipsa loquatur,
Subjectos tantâ dum dexteritate gubernat.
Ipsi sunt *urbes* ipsi est *Academia* curæ
Dicite *Varmiades* jam nunc mihi dicite quanta
In Vos contulerit benefacta supremus Jovâ?
En præbet *Vestris* hic *Alcedonia* *Musis*
Dum *Mars* cuncta replet gemitu mixtoq; tumultu
Hac servata tenus *Vestra est Academia* facta
Tecta sub auspicio *Divini Numinis* ecce,
Ut melius pergat *vestrum* florere *Roscerum,*
Ducitur a *Vestro Illustri* nunc principe quidam
Vir Phœbi excultus studio, *Eloquijs* Professor
Quod fiet ut *Vestro* faustum felixq; *Lycœo*
Et tibi proficuum *popularis*, gloria terræ
Ut fias Patriæ. Hoc jubeas *Patrone Scholarum,*
Qui das ingenium, pabiq; in pectus amorem
Discendi insinuas, fructusq; hunc ubere donas!

HENRICUS CONOVIVS,
Pritzvalcensis Marchicus.

Magnus

Magnus conquis, et magis
Ut vult, distribuit munia quaeq; Suis.
Hic dedit officium tibi clarum, clare Magister
Sed mediante pio Patre, Μεγαπλεως:
Nam tua quamprimum fando laus venit ad ipsum,
Mox tibi met munus tradidit euφραδίας.
Hocce tibi officium grator modò pectore lato,
Et captis opto prospera cuncta tuis.
Sis tu Professor felix, Tithonia secla
Vivas, Et tanta laude fruare diu,

JOHANNES ZOLBERGIUS,
Suet. Marchicus.



SONNET.

Siel Menschen wissen nicht / als nur auff Gut zu
sinnen/
Bald sind sie vber Felde / bald durch das wilde Meer /
Damit den schönen Roth / das Golde zu bringen her /
Von Tugend aber doch sie wenig reden können /
Nur auff das blosser Gelde sie stellen ihr beginnens
Ihr hochgelahrter Herr / Euch besser habe bedacht /
Vnd ein viel grössers Gut zusammen jetzt gebracht /
Wodurch dem bleichen Tode Ihr wisset zu entrinnen /
Diß Gut / diß edle Gut ist die Geschicklichkeit /
Die Euch erheben thut auff Erden weit vnd breit /
Dadurch

Der Ihr wol würdig seyd. Ich wünsch Euch Glück
dazu/
Und daß Ihr leben mögdt darin in guter Ruh/
Was Euch ist mangelte noch/werd Ihr auch bald erlangen.

Friederich Müller/
Berl. March.

PARODIAM HORATIANAM

L. III. Carm. Od. XXVI.

Vixti juventæ nuper idoneus,
Et militasti non sine gloria:
Nunc rostra, turbatumq; bello
Officij renuas laborem,
Absit; TRIAS sedem en! aliam tibi
Assignat, Hic, hic reddito debita:
Facundiam, Vocem, Latulq;
Oppositos populos retundens.
O quæ beatus sic repares bona, &
Laudes carentes invidia truce.
O JANE! fac, Jovâ annuente,
Pulpita joresonent Lycei.

Subnectebat

ANDREAS VILITIVS,
Westerhusô-March.

JOH.

Joannes Ravius, Berolinensis Marchiacus

Professor

per ANAGR.

Nil sane pravi curas favoris, sic nobis meres honores.

EVOLUTIO.

Nil sane pravi curas, Germane, favoris,
Sic, Germane, meres nobis, quos sumis, honores.

Hæc addebat

FR. JACOBUS RAUE.

Magister Johannes Raue Berolinensis; Professor,

per anag.

Rhetor, linguas profer, mane, bis resonasse sine.

EVOLUTIO.

Quæ Dea per lustrum nostris obmutuit oris
Grata juventuti solvit ut ora suæ.
Emit Ravius, quo solo interprete jussit
Audiri eloquium toto Helicone suum.
I, dixit, linguas profer, suavissime Rhetor,
Et te mane dehinc bis resonasse sine.

JOACHIMUS SLODERBECCIUS,
Perleberg: March.

Quæ tibi jam letus non hunc gratetur honorem?
Quem non plebis amor, non stulti gratia vulgi;
Non tibi dant empti suffragia cæca favoris,
Sed quem dat Princeps, cui nostra Academia cura est;
Quis, Professores nutrit cum laude perenni.

B

Te

Te vocat hic Princeps, Professoremq; salutat,
Collega applaudunt, omnes letantur amici,
Atq; tuis cæptis felicia cuncta precantur;
Gratatur studiis animo devota juventus,
Hinc & ego grator, quæis jam dignaris, honores
Atq; precor Sacrosancta Trias fortunet eosdem,
Et tandem æternis tua cingat tempora seris.

JOHANNES Saldenbagen.

Felix muneribus Divum es benedictus in orbe
Innumeris Rayis, quis tibi sit similis?
Tu sermone animos tu viscera cuncta gubernas,
Verbaq; currentis fluminis instar eunt;
Preditus ingenio, ac exculta flumine lingua:
Artibus & multis mens decorata tibi.
Ergo decus patria captas ab Apolline laurum,
Laurum Philosopham Pieriamq; simul,
Inq; Rosarum almis te Philosophia coronet,
Philosophorum etiam donet Apollo decus.
Hinc patria virtus, vates, præclare Magister
Vivas ô vita tempora longa, precor.

JOACHIMUS ROGGEUS,
Perleb. March.

Lamentata diu est optandis dotibus auctum,
Fabricium raro viduata Academia membro.
Tandem

Tandem conatus tristem reparare ruinam,
Ingenium, Vir Clare, tuum Tegeaticus ales
Condignum tanto reputavit munere, mensus
Virtutum eloquij gravioris ab ore disertio.
Consensu Patrum superato digna labore
Præmia suppeditant. Hæc te comitata morentur,
Comprecor, ut Domino Cleonæi sideris, orbe
Vicinum accelerat cursum Cyllenius ignis.

FRIDERICUS MÖLLERUS,
Cüstrino-Marchicus.

Silicet ut sæcunda suo fert tempore fructus
Arbos, cor hominis qui recreare valent.
Sic qui sollicitè scædatus palladis artes,
Multorum ingenij's semina grata parat.
Hinc quoniam inseruit nunc te Vir etare Roseto
Doctus Apollo suo; talia voce precor.
Cresce, vireſce diu, fructus quoq; ferto Novella;
Multis proficuos quiq; animare queant.

GEORGIUS SAHR,
Perl. March.

Condere qui nosti stimulos in pectore, condas,
Comprecor, ut nomen memorandum ex arte,

professus

B 2

Suadam

*suadam, Carneades quâ Clarus dixit Ariston,
Vixit Erechtaas linguâ qui terruit arces.
Aspiret fortuna orsis, quo experta juvenus
Conatus, laudum pergat praemia, nostri
Gloria dum floret non intercisâ Lycei.*

JOHANNES CRUSEMARCIVS,
Perlebergâ Marchicus.

Nos etiam reliquum Ravi Doctissime, votis
Addimus in laudem, jureq; vota tuam,
Dii quibus imperiû Mundi: quæ Numina, vitæ
Dispensant homini stamina cuique suæ
Istud onus, precor, efficiant tibi cedit honori,
Quod Patriæ Patres imposuere tibi,
Per te, qui passim nostris nunc exulat oris
Munera rara Deum lingua diserta ferat.
Per te consuescat, doctis qui verba probantur,
Et quo conveniat ponere quæq; loco,
Ex illis etenim Phoenix quondâ ille Melanchton
Fecit de quavis indole iudicium.
Quæ si pulchra cadant, pulchre; si turpia, semper
Iudicium mentis dixerat esse rudis.
At tibi Nestoreos etiam Deus addat ut annos,
Hæc, en, est voti, summa caputq; mei.

JOHANNES FIGULUS,
Fürstenbergâ-Lusatius.

Praest.

Praesto est dignus honos tuo labore,
Quamvis pergrave onus sit hic *Magister*
Praclare. Hoc etenim artibus politum
Pectus promeruit, rigata labra à
Svadà *Pierio* favo atq; melle,
Dixi ordinis ut cluas *Professor*.
Multum hinc *fellis* erit; *Venus* sed alma
Dulci *melle* riget *labella* bella,
Multum ut *lucis* eò, parum *crucis*q;
Surgat: *crescat* honos; decus; molestum
Sed *decreseat* onus; diu ut *superstes*
Res dignè *varias* diu *capellas*,
Res multas *vario* nitore *lustres*,
Sveta cumq; *celebritate* tractes,
Et *convexa* poli *impleas* honore.
Hoc *grator* tibi *sedecim* *phaleucis*.

DADID Schwarzkopff /
Witstochio-Marchina.

Conatus in te miror mirorq; *Magister*,
Ingenium ingenis *nobilis* reliquis.
Miror conatus *meritò*, qui *scripta* *sophorum*
Voluisti dudum, *pectore* *pervigili*.
Pervigilem nec *nunc* *cessans* *sententia* *vertit*,
Sed dum *instas* *ardens* *nobile* *fervet* *opus*.

B 3

Miror

Miror & ingenium, volitat quod docta per ora
Artibus ingenuis qua patet orbis iter.
Quod dictis animos places, quod pectora mulces
Doctis, qua veniunt dulciloquo ore tuo.
Recte hinc es multa dignus virtute & honore
Recte & Professor voce creatus abis.
Gratulor ergo tibi ex animo Professor, honorem
Gratulor atq; precor profut ut ille Tibi.

CHRISTOPHORUS KÖNIG,
Lufarus.

Dum tibi Pierio Musæ lavère liquore
Os, pectus roseo perpluit imbre Venus,
Ellogij fasces tibi dat, quo fama Lycæi
Musarum fautor Dux Megales poleos.
Et quoniã eloquio es Nestor, sis Nestor in annis
Nestoreis faciens verba diserta sonis.

ANDREAS OSTHERNA,
Gardeleb. paleo Marchita.

Laß die Kauffleut immer rennen
Durch den runden Erden Kreis/
Da sie dann von Hiz und Eis
Bald erstarren/ bald verbr. nen

Laß

Laß sie trachten mit Gefahr/
Nach dem Reich thumb immerdar.
Laß die Schiffer immer hawen/
Häuser auff das wilde mehr/
Vnd sich immer hin vnd her
Den glaublosen Wellen trawen/
Laß sie suchen ihr Gewin/
Wo Süd/Ost West Nord weht hin.
Laß die all nach Ehren streben/
Die sie suchen in der Welt/
Vnd den sonsten nichts geselt.
Wo sie nicht in Wollust leben/
Wahrer Ruh in schleußt sie nicht ein
In der Wollust rechten schein.
Wahrer Ruh in der wird gefunden/
Ben dem der da keine Müß
Hat gesparet spät vnd früh.
Ja der sich zu allen Stunden/
In der Musen Kunst verliebt/
Vnd sich ihrer Gunst ergiebt.
Weil auch Ihr Herr XVB ombfangen/
Mit der Arbeit immerdar/
Der Göttinnen werthe Schaar.
Also werd' Ihr ißt erlangen/
Von dem Phœbus Euch erdacht/
Eine newe Ehren Tracht.

Erato

Erato wird ..immer schweigen/
Ewer Lob frey lassen gehn/
Ewern Ruhm recht zuverstehn/
Wird sich Athlas selber neigen/
Der wird's machen offenbahr/
Der Zahllosen Sternen Schaar.

Bartholomæus Welicke.

Als Beredsamkeit vnd Kunst/
Das Geschick iglete vnd Gantz/
Jederman in Ehren helt/
Wer sich nur mit Fleiß geselt
Spät vnd früh vnd immerdar
Zu der Edlen Musen Schaar/
Diß bezeuget dieser Zeit
Dieser welcher weit vnd breit
Seinen Ruhm hat aufgesandt/
Sich dadurch gemacht bekandt/
Welcher jezt für seinen Lohn/
Kriegt die rechte Ehren Kron/
Die ihm schon vor langer Zeit/
Hat Apollo zubereit.

GEORGIUS Lamprecht/
Berl. March.

F I N I S.

Praesto est dignus *honus* tuo la
Quamvis pergrave *onus* sit h
Praclare. Hoc etenim artibus p
Pectus promeruit, rigata labra a
Svadâ *Pierio* favo atq; melle
Dicâi ordinis ut cluas *Professor*
Multum hinc *fellis* erit; *Venus* s
Dulci *melle* riget labella bella
Multum ut *lucis* e^o, parum *cruci*
Surgat: *creseat honos*, decus; mo
Sed *decreseat onus*, diu ut super
Res dignè varias diu capellas,
Res multas vario nitore lustres,
Sveta cumq; celebritatè tractes
Et convexa poli impleas honore
Hoc grator tibi sedecim phaleu

DADI
Wit

Conatus in te miror mirorq; A
Ingenium ingenis nobilius v
Miror conatus meritò, qui scripta
Voluisti dudum, pectore per
Pervigilem nec nunc cessans senten
Sed dum instas ardens nobile fe

B 3

Tiror

